

DOCUMENTI

RIGUARDANTI ALCUNI DINASTI DELL' ARCIPELAGO

PUBBLICATI

PER SAGGIO DI STUDI PALEOGRAFICI

DA

ALFREDO LUXORO e GIUSEPPE PINELLI-GENTILE

(Continuazione dalla pag. 297 del vol. II)

N. 26.

A Dorino Gattilusio per raccomandargli Nicolò Adorno.

1443, 26 settembre.

(Arch. Gov. Registro *Litterarum* num. 12).

Magnifico civi et amico nostro carissimo Dorino Gattilusio Mitilenarum etc. domino.

Cupimus, magnifice civis et amice noster carissime, ut dilectissimus noster Nicolaus Adurnus quam celeriter in patriam ad suos redeat. Hunc audimus multiplicibus negotiis ita implicitum esse, ut illiuc egre se expedire possit sine adjutorio Magnificentie vestre. Ex quo statuimus eum sibi ex animo commendare: rogantes eam ut velit expeditioni sue favere, eumque studiose iuvare, quod certe nobis erit haud mediocriter gratum. Parati semper in omne decus et amplitudinem vestram.

Data xxvi septembris (1443).

Raphael Dux.

N. 27.

Allo stesso, per invocarne la giustizia in favore di Salvago e Valerano Spinola.

1444, 21 aprile.

(Arch. Gov. Reg. num. 19).

Magnifico et preclaro viro civi et amico nostro carissimo domino Dorino Gattilusio Mitilenarum etcetera domino.

Cum accepissemus magnifice et preclare civis et amice noster carissime, supplicationem de manu generosorum virorum Salvagi et Valarani Spinule, visum nobis est eius copiam his literis inclusam mittere Magnificentie vestre ut ex lectione ejus planius intelligatis ea omnia que et narrantur et petuntur. Utque rem ad ipsum effectum perstringamus,

queruntur hi cives nostri nobilem virum Baptisam Gatilusium debitorem suum ad ea que iuris sunt cogere non posse, propter nimiam eius potentiam et favorem quibus in illa curia ceteros superegreditur. Nos cum minime dubitamus non esse mentis vestre ut ulla eius gratia contra cives nostros eum tueatur, Magnificentiam vestram rogamus et pro iusticia poscimus ut hunc Baptisam cogi jubeat ad standum iuri summario et plene satisfaciendum his civibus nostris, ita ut veritas et justicia omni gratie et favoribus eius preferatur. Quod quidem et si facili impetratu est quare equissimum est, et quare nihil tam arduum ac difficile est quod petenti vobis negatur essemus, nos tamen accipiemus loco muneris. Parati semper in omne decus et amplitudinem vestram. Data die xxi aprilis (1444).

Raphael Dux et Consilium.

N. 28.

A Dorino e Palamede Gattilusio per conoscere se vogliono essere compresi nel trattato di pace testè concluso da Genova col Re d' Aragona.

1444, 28 aprile.

(Arch. Gov. Reg. cit.).

Magnifico et preclaro viro civi et amico nostro carissimo domino Dorino Gattilusio Mitilenarum etc. domino.

Scimus, magnifice et preclare civis et amice noster carissime, nulla unquam tempora fuisse in quibus hec respublica de vobis ac magnificis quondam maioribus vestris singularem sibi non suscepserit curam, adeo ut omnia seu secunda seu adversa ad statum vestrum pertinentia ad se quoque spectare arbitrata sit. Inter que scimus quotiens cum serenissimis dominis regibus Aragonum ad pacem aut alios ejusmodi contractus devenutum est de vobis semper habitam fuisse mentionem specialem (1). Itaque cum etiam nuper, hoc est die vii mensis huius pacem cum Maiestate sua contraxerimus curavimus ibi apponi articulum quo licet Magnificentie vestre et magnifico Eni domino in ea si volueritis pace comprehendendi. Invenientis igitur eum literis istis inclusum, quem cum perlegeritis, si pace includi volueritis, implende erunt condiciones que ex eo declarantur; si minus utile erit, et id nobis vestris literis significetur. Et tamen utroque casu gratum erit nobis ut scripto vestro certiores reddamur animi vestri. Si quid aliud erit a nobis, agendum pro statu ac dignitate vestra,

(1) Ved. i Documenti N. 10-11.

id si indicaveritis experimento cognoscetus quantum cupide pro comodis et amplitudine vestra laboremus. Data die xxviii Aprilis (1444).

Raphael Dux et Consilium.

Similes litere facta sunt magnifico et preclaro civi et amico nostro carissimo domino Palamedi Gatalusio Eni domino etc.

N. 29.

Lettere a Dorino Gattilusio Signore di Metellino e a Domenico figliuolo dello stesso.

1447, 13 marzo.

(Arch. Giov. Reg. num. 15).

Il doge Ludovico Fregoso raccomanda loro Giovanni Matteo Pellegrini olim Marenco, il quale si reca a Metellino come procuratore dei fratelli del fu Gentile Marenco di Novi, già vicario di Dorino predetto, per raccoglierne l'eredità.

N. 30.

Ad Jacopo Crispo, Duca di Naxos, per sollecitarlo a pagare il prezzo di una trireme vendutagli da Cristoforo Dentuto.

1447, 2 maggio.

(Arch. Gov. Reg. num. 13).

Magnifico et preclaro principi domino Jacopo Crispo, Naxi et Aegei pelagi duci etc., amico carissimo.

Narravit nobis, magnifice et preclare princeps amice carissime, vir nobilis Cristophorus Dentutus carissimus civis noster nondum sibi persolutum fuisse pro illius triremis precium quam Magnificentie vestre superiore anno vendidit, et affirmavit ab se constitutum fuisse procuratorem cum latissimo arbitrio residuas pecunias ab amicitia vestra petiturum. Nos quoque et triremis nostra est, et pecunie in nos perventure sunt; breviore vobiscum sermone agimus, quoniam scimus amicitiam vestram ad ea que ius equumque poscunt; neque precibus neque adhortationibus indigere: cum satis sit Magnificentie vestre proponere id quod faciendum sit. Erit igitur integritatis et iustitie vestre curare ut aurei trecenti, vel quoctumque pro reliquo precio eius debentur statim persolvantur procuratori ipsius Christophori, quemadmodum ab ea faciendum esse non dubitamus: in cuius amplitudinem nos nostraque deferemus, et quidem cupide parata.

Data 11 Maij (1447).

Janus Dux.

N. 31.

A Palamede Gattilusio per notificargli la morte di Giano Fregoso e la assunzione del costui fratello Lodovico al trono ducale. In pari tempo il nuovo Doge gli accusa ricevuta delle doti di Ginevra sua moglie.

1448, 28 dicembre.

(Arch. Gov. Reg. num. 15).

Ludovicus de Campofregoso Dei gratia Januensium dux.

Magnifico patri et civi nostro carissimo domino Palamedi Gatalusio Enii domino etc.

Quamquam arbitramur, magnifice pater et civis noster carissime, Magnificentiam vestram ante receptionem presentium literarum cognitaram fore acerbum occasum bone memorie illustris quondam domini Ducis germani nostri et que inde secuta sunt: statuimus nihilominus hec ipsa literis nostris vobis significare, ut illa cuiusmodi sint ex nobis etiam intelligat: persuasimus enimiam diu nobis quecumque prospera adversaque suscipiamus nobis fore communia, ex quo non indignum existimamus si que apud nos sunt vobiscum comunicemus. Absunto quippe die xvi mensis presentis ipso illustri germano nostro, universa domus nostra decrevit ut illi in ducatu succederemus; et sic magno totius civitatis consensu, sine armorum strepitu tumulto vel contentione aliqua, in ducem cum solemnitatibus opportunis togati et creati fuimus, accepimusque huius illustris comunitatis sceptrum quod pacifice et quiete tenemus, tenebimusque in futurum Deo favente; propter quod Magnificentie Vestre deferimus hunc statum nostrum qui suus est: exhortantes illam ut eo utatur libere in queque sibi grata. Ceterum multiplicatis literis scripsisse meminimus non fuisse nobis satisfactum pro dotibus illustris consorte nostris Genevre (1). Nunc autem dicimus quetus et contentos pro illis reditos fuisse a nobili Luca de Auria; quod Magnificentie vestre significamus ut intelligat Lucam honori ac debito suo satisfecisse.

Data Januae die xxviii decembris (1448).

(1) Ginevra figlia di Palamede Gattalusio avea sposato Lodovico Fregoso, come già si è avvertito al doc. 25.